

III<sup>1</sup>.a. MÁLFRÆÐINNAR GRUNDVÖLLR<sup>2</sup>.

1. <sup>3</sup>Hljóð er allt þat, er um kvikendis eyru má heyra. Hljóð hefir margar kynkvislir, ok verðr hljóð þat, sem náttúruliga megu eyru greina af samkvámu tveggja líkama; önnur hljóðsgrein er sú, er heilug ritning segir andliga luti ljóða. Líkamligt hljóð

<sup>1)</sup> Quod ad argumentum adtinet, tertium tractatum, ut divisionem Raskii retineamus, in duas particulas dividimus, nempe: a. in Fundamentum Grammaticæ; b. in Figuras orationis (secundum Donatum). Auctor hujus tractatus est Olavus Thordi f., dictus Hvítaskáld, frater Sturlæ Prætoris, magni poëta et historiographi, Snorrii Sturlæ ex fratre nepos, qui sec. Annales obiit 1259. Argumenta: 1. Fragm. membr. AM. Nr. 748, 4to, exaratum, ut putatur, initio sec. 14*ti*, duabus illis particulis, quæ nostro iudicio tractatum tertium constitunt, exscriptis statim subjungit hæc: "hær er lykt þeim lut bókar ær Olafur Þórdarson hæfr samansett", i. e. hic concluditur ea libri pars, quam O. Thordi f. composuit. 2. Auctor tractatus quarti (qui tractatus non est nisi supplementum Figurarum orationis) Auctorem tertii tractatus bis citat sub nomine Olavi, nempe: a. dixerat Auctor tractatus tertii in partic. a (ed. Raskii p. 303-304): "enn syrir hljóðslegrð er diptongys fvndinn, sem hér: lœkr, øgr: þviat segra þikkir hljóð heldr en lœkr, øgr". Hunc locum respiciens Auctor tractatus quarti ait (ed. Raskii p. 343): "Ólafr segir ok, Evphónia verðr þar sem ... limingar-staflr erv skiptir í þaa stafi, sem segra hljóða, sem i þessvm nöfnvm, lœkr ok øgr". β. in partic. b (ed. Raskii p. 317) dixerat Auctor tractatus tertii: "sá lostr høyrir Cacenphaton, er ver kóllvm NYKRAT. eða FINNGÁLK(N)AT, ok verðr þat mest i nýgjürsingvm, sem hér .... Hér er exin kóllvð i øðrvm helmingi trúllkona skialldar eða valkyria, enn i øðrvm svt hiálmisins, ok er svá skipt likneskvim á hinvm sama lvt, sem Nykr skiptiz á margar leiðir". Quem locum intuitus Auctor tractatus quarti dicit (ed. Raskii p. 342): "ok kallar Ólafr þat finngaalknat, er likv er skipt a einvm lvt i enni somv visv". 3. Ipse Auctor tractatus tertii in partic. a allegat

## III.

## a. FUNDAMENTUM GRAMMATICES.

1. Sonus est omne, quod auribus animantis percipi potest. Soni multæ sunt species, isque sonus, quem aures naturâ possunt distinguere, duorum corporum concursu fit; alia soni species est, qua sacra scriptura res spirituales sonare dicit. Sonus corporeus fit partim

ὑπόγραμμον runicum, auctore Valdemare Dania rege, quem Dominum suum appellat (ed. Raskii p. 302), his verbis: "Þessa stafi ok þeirra merkingar compileraði minn herra Valdimar Danakonvngr með skiotv orðtaki á þessa lvnd". Quæ verba in eundem auctorem bene congruunt: nam testis Sturlæorum Historia, libr. 8, c. 3, Ol. Thordi f. apud regem Valdemarem (secundum) versatus erat, quod anno 1245 testatus est Thorgils Skardius, ejus ex fratre nepos: "Ólafr füðrbröðir hans (Þórgils) hafði verit i Danmörku með Valdimari kóngi og fengit af honum mikinn sóma". Consentit Knytl. c. 127 (Fms. 11, 396): "með honum (Valdimar gamla Valdimarsyni) var Ólafr Þórðarson, ok nam at honum marga fræði, ok hafði hann margar ágætligar frásagnir frá honum". De Olavo Thordi f. vide Hist. eccl. Isl. Tom. 1, p. 208-9, et Grönlands hist. Mindesm. Vol. 1, p. 30. De tempore, quo in Dania versatus fuerit, aliquid infra dicetur. Fontes, quos citat in partic. a, sunt: Philosophi, et in his nominatim Plato et Aristoteles; ex Grammaticis Priscianum septies allegat, qui etsi prioris particulæ fons locuples sit, tamen quum haud raro aliis opponatur, interdumque aliorum doctorum (svmir menn, svmir meistarar) sententiæ citentur, vix dubium est, quin particula a pluribus Grammaticis latinis superstructa sit; in particula b Donatus ter citatur, quæ tota particula hunc Grammaticum sequitur. — <sup>2)</sup> Incriptionem om. W et fragm. 757. Fragm. 748 inscriptionis loco habet: At greina hljóð, i. e. De sonis distinguendis. — <sup>3)</sup> Fragm. Ed. Sn. Nr. 748, quod in additamentis integrum dabimus, in medio aliquo tractatu tropologico incipit.

verðr annat af líflausum lutum en annat af lífligum lutum. Hljóð þat er heyrist af líflausum lutum verðr annat af<sup>1</sup> rærilignum skepnum, en annat af úhrærilignum, annat af samkvámu rærilagra luta ok úrærilagra. Af rærilignum lutum verðr hljóð, sem af hösuðskepnum: eldi, vindum, vötnum; af úhrærilignum lutum verðr hljóð, sem steinum ok málmi eða strengjum, ok verðr þesskyns hljóð jafnan af hræring nokkurs likama, lífligs eða úlífligs. Af samkvámu rærilagra luta ok úrærilagra verðr hljóð, sem þá er vindr eða vötn eða eldr slær með aſli jörð eða aðra úræriliga luti. Hljóð þat, er verðr af líflausum lutum, er sumt úgreiniligt, sem vinda gnýr eða vatna þytr eða reiðarþrumur, en sumt hljóð er greiniligt eptir náttúrligri samljóðan þeirri, er Philosophi kölluðu musicam, ok verðr þat hljóð hið efsta ok hið æzta af ræríng rínga þeirra<sup>2</sup>, er sól ok túngl ok fimm merki-stjörnur gánga í, þær sem planete heita, ok heitir þat *celestis armonia*<sup>3</sup>. Þessar stjörnur sagði Plató hafa líf ok skyn og vera údauðligar. Greiniligt hljóð verðr í líflausum lutum, þat sem vér köllum listuligt hljóð, sem í málmi ok strengjum ok allskyns söng ok pípum. Í lífligum lutum verðr hljóð<sup>4</sup>, sem í viðum ok grösum, ok þó af ræríng nokkurs ræriligs likama. Af lífligum lutum, þeim er likama hafa, verðr annat hljóð, þat er rödd heitir, en annat þat sem eigi er rödd, sem fótastapp eða handaklapp ok annat þvílikt. Rödd er

<sup>1)</sup> II (i. e. tveimr), add. 748. — <sup>2)</sup> VII (sjöt), add. 748; þeirra VII hrínga, 757. — <sup>3)</sup> s. himnesk liðagræin, add. 748; suosem himnesk hliðagrein, add. 757. — <sup>4)</sup> add. ex 748, 757.

ex rebus inanimatis, partim ex rebus animatis. Sonus, qui ex rebus inanimatis percipitur, partim existit a creaturis mobilibus, partim ab immobilibus, partim a concursu rerum mobilium et immobilium. A rebus mobilibus sonus proficiscitur, ut ab elementis rerum, igne, ventis, aquis; ab immobilibus rebus sonus fit, ut a lapidibus et metallis aut fidibus, quod soni genus semper existit a motu alicujus corporis animati aut inanimati. Ex concursu rerum mobilium et immobilium sonus fit, veluti quum ventus aut aqua aut ignis terram aliasve res immobiles vi adfligit. Sonus, qui existit ab rebus inanimatis, aliud indistinctus est, ut fremitus ventorum aut susurrus aquarum aut fragores cœli, aliud distinctus secundum consonantiam naturalem, quam Philosophi musicam dixerunt, cuius soni summus et excellentissimus existit ex motu circulorum, quos sol et luna et quinque signa, planetæ dicta, percurrunt; quæ cœlestis harmonia dicitur<sup>a</sup>. Quas stellas vita et ratione gaudere, et immortales esse, Plato docuit. Sonus distinctus in rebus inanimatis existit, quem dicimus sonum artificialem, veluti in metallo, fidibus, omni cantus genere ac tibiis. In rebus animatis sonus existit, velut in arboribus et herbis, et quidem adpulsu alicujus mobilis corporis. A rebus animatis, corpore præditis, aliud sonus proficiscitur, qui dicitur vox: aliud, qui non vox est, ut planctus pedum aut plausus manuum, aut id genus alia. Vox est sonus, vivi animantis ore prolatus, formatus novem instrumentis naturalibus: pulmonibus, gutture, lingua, duobus labiis et quatuor dentibus.

<sup>a)</sup> Confer Somnium Scipionis, cap. 5.

hljóð, framsært af kvikendis munni, formerat<sup>1</sup> af níu náttúruligum tólum: lúngum, barka, túngu ok tveim vörrum ok tönnum fjórum. En Priscianus kallar rödd vera hið greinilista<sup>2</sup> loptsins högg ok eiginliga skiljanligt. [Rödd greinist á marga vega: önnur rödd er ritanlig<sup>3</sup> en önnur úritanlig. Úritanlig rödd er sú, er eigi má stöfum greina; ritanlig rödd er önnur merkilig, en önnur úmerkilig. Úmerkilig rödd er sú, er til engrar merkingar er höfð, sem: bvab<sup>4</sup>, bligstrix<sup>5</sup>. Merkilig rödd er önnur af náttúru, önnur af setning eða sjálfsvilja. Merkilig rödd af náttúru er barnagrátr, eða sjúkra manna styrn eða annat þvílikt; merkilig rödd af setning er sú, er framsærist af sjálfsvilja manns, sem þetta nám<sup>6</sup>: maðr merkir kvikendi skynsamligt ok dauðligt<sup>7</sup>.

2. Stafr er hinn minnsti lutr samansettrar raddar, sá sem rita má, ok er stafr kallaðr<sup>8</sup> í því sem heyrir allri samsetning stafligrar raddar; því at vér skiptum bækri capitula, en capitula í klausur eða vers, en klausur í málsgreinir, málsgreinir í sagnir, sagnir í samstöfur, samstöfur í stafi. En þó eru eigi stafir náttúruliga úskiptiligrir, þvíat stafr er rödd, en rödd er lopt, eða af lopti formerat. En hvárt sem rödd er lopt eða af lopti formerat, þá er hon samansett af sínum pörtum, sem loptið, með því at þat er

<sup>1</sup>) sic 748, 757; formeraz, W. — <sup>2</sup>) grandilsta, 748; granlegzta, id., subtilissimum, 757. — <sup>3</sup>) a [ex 748 et 757 additum, in W errore librarii omissum. — <sup>4</sup>) buba, 748; bumbo, 757. — <sup>5</sup>) blicitrix, 748; bicerix, 757. — <sup>6</sup>) na (þetta-na?), 748; na(m), 757. — <sup>7</sup>) sic 748, 757; skynsamlig ok dauðlig, W. — <sup>8</sup>) hinn minnsti ltr (eða vskiptiligr, add. 748), add. 757, 748.

Priscianus vero dicit vocem esse ictum aëris distinctissimum<sup>a</sup> et auribus proprie intelligibilem. Vox multis modis distinguitur; alia vox scribi potest, alia scribi non potest<sup>b</sup>. Vox nescia scribi est ea, quæ literis distingui nequit. Vox, quæ scribi potest, alia est significabilis, alia non. Vox non significabilis est, quæ ad nullum significatum adcommodatur, ut *buab*, *bligstrix*. Vox significabilis alia fit instinctu naturæ, alia consilio sive voluntate. Vox natura significabilis est vagitus infantum aut suspiria ægrotorum aut tale quid. Vox consilio significabilis est, quæ libero hominis arbitrio profertur, ut hæc adsumtio<sup>c</sup>: homo significat animal rationale et mortale.

2. Litera est minima, quæ scribi potest, pars vocis compositæ: vocaturque litera (pars minima vel individua)<sup>d</sup>, quod adtinet ad totam compositionem vocis literalis; dividimus enim libros in capita, capita in clausulas sive versus (ɔ: periodos), clausulas in sententias, sententias in verba, verba in syllabas, syllabas in literas. Verum tamen literæ non sunt naturâ individuæ: nam litera est vox, vox est aér aut aëre formatum quid. Sive vero vox aér est, sive aëre formatum quid, suis partibus

<sup>a)</sup> "Vox est aëris spiritu verberatus", Isidori Orig. Lib. 2, c. 19. — <sup>b)</sup> Quoniam apud Grammaticum Diomedem occurrit "vox scriptilis" et "vox confusa est inscriptilis", fieri potest, ut hic Grammaticus auctori ad manum fuerit. Diomedis de oratione, partibus orationis et vario Rhetorum genere, Libri 3, editi sunt a Putschio (J. A. Fabricii Bibl. Latina T. 3, p. 397, Lips. 1774). — <sup>c)</sup> nám] forte rectius vertam "definitio". Respxit auctor Aristolelis τὸν τοῦ ἀνθρώπου ὄπτημὸν, de Poëtica c. 20, quam eandem definitionem adfert Isidor. Orig. Lib. 2, c. 29: "homo est animal rationale, mortale, sensus disciplinæque capax". — <sup>d)</sup> Sic et Isidor. Orig. Lib. 13, c. 2, de atomis in litera: "nam orationem dividit in verba, verba autem in syllabas, syllabas autem in literas. Litera, pars minima, atomus est, nec dividi potest".

likamligt *ok*<sup>1</sup> allir likamir eru samansettir, en jafn lutr verðr af jöfnu efni at gerast, sem hold af holdi. En svā sem í náttúruligum likamum eru nokkurir þeir lutir, er kallast einfaldir, sem fjórar höfuðskepnur: eldr ok jörð, vötn ok lopt, ok kallast þessir lutir eigi einfaldir af því at þeir sè úskiptiligr, heldr af því, at hvern þeirra hlutr er jafn sínu<sup>2</sup> öllu, sem litill gueisti hefir jafna náttúru hinu mesta báli; svā eru ok stafir úskiptiligr í misjöfnu efni, eða í þá luti, sem úlikir eru; þvíat *a* ok aðrir raddirstasir hafa stundum skammt hljóð, en stundum lángt, ok ef þeir hafa lángt hljóð, þá hafa þeir tvá tíma jamlánga. Philosophi kölluðu stafi *elementa*, þat eru höfuðskepnur, af því at svā sem likamir eru skapaðir af sjórum höfuðskepnum, svā gjöra ok stafir samansettir alla staflega rödd, svā sem nokkurskonar likama; þvíat rödd tekr eyru, ok hefir þrenna mæling, sem allt þat er likamligt er, þat er hæð upp ok ofan, ok breidd til vinstri handar ok hægri, ok lengd fyrir ok eftir; því at rödd má öllum megin heyrast. Samstöfur hafa hæð í hljóðagrein, en breidd í anda, lengd í tíma; því at hver samstafa er annathvårt hvöss eða þung eða umbeygilig: hvöss hljóðsgrein, sú er fram færð með höldnu hljóði, sem þessi samstafa: *hvat*; þung hljóðsgrein, er *af*<sup>3</sup> lítillátu hljóði hefst, ok dregst niðr í hið lægra hljóð, sem hin fyrsta samstafa í þessu nafni: *háreysti*. Umbeygilig hljóðsgrein er sú, er hefst af lítillátu hljóði, ok þenst upp sem hvöss hljóðsgrein, sem þetta nafn: *raust*. Hver samstafa hefir ok framflutning annathvårt

<sup>1)</sup> ex 748 et 757 additum; om. W. — <sup>2)</sup> sic W, 748, 757; hinu, Rask. ex conjectura. — <sup>3)</sup> om. in W.

composita est, ut aér, qui corporeus est, omnia enim corpora sunt composita; necesse vero est, similis res ex simili materia fiat, ut caro ex carne. Ut autem in corporibus naturalibus sunt quædam res, quæ simplices vocantur, qualia sunt elementa, ignis, terra, aqua, aér, quæ res non ideo simplices dicuntur, quod sint individuae, sed quod quælibet pars earum eadem sit ac suum totum, quemadmodum parva scintilla ejusdem naturæ est atque maxima flamma: sic et literæ sunt individuae in materia dissimili, id est, in res dissimiles dividi non possunt; nam *a* ceteræque vocales jam brevem, jam longam quantitatem habent, quæ si longam quantitatem habeant, duas moras æque longas habent. Philosophi literas vocarunt *elementa*, eo quod, ut corpora ex quatuor elementis formata sunt, sic literæ compositæ omnem vocem literalem, veluti corpus aliquod, efficiunt. Nam vox aures pellit, ternamque mensuram, ut omnia, quæ corporea sunt, habet, hoc est, altitudinem sursum deorsum, latitudinem a sinistra et dextra, longitudinem antrorum et retrorsum; vox enim ab omnibus partibus percipi potest. Syllabæ altitudinem habent in accentu, latitudinem in spiritu, longitudinem in quantitate. Nam quæque syllaba aut est acuta, aut gravis, aut circumflexa. Accentus acutus est, qui (celeriter) profertur sono contento, ut hæc syllaba: *hvat* (quid). Accentus gravis, qui a submisso sono incipiens in sonum magis submissum descendit, ut prima syllaba hujus nominis: *háreysti* (vociferatio). Accentus circumflexus est, qui a sono submisso incipiens sursum ad tollitur, ut accentus acutus, ut hoc nomen: *raust* (vox). Quæque syllaba etiam

lina eðr snarpa, ok er sá andi hér kallaðr ræríng framslutningar samstöfus. Með snörpum anda verðr sú samstafa framsærð, sem hin fyrri samstafa þessa nafns: *purrum*<sup>1</sup>; með linum anda flytjast samstöfur þessar: *lángan tima*. Hver samstafa er annathvårt löng eða skömm, ok *er*<sup>2</sup> skömm samstafa skjótt framflutt ok hesir eina stund, sem fyrri samstafa í þessu nafni: *Ari*; löng samstafa er seinliga framflutt, ok hesir tvær stundir, sem hin fyrri samstafa í þessu nafni: *Hati*<sup>3</sup>, ok er tími eða stund kallat dvöl, mælandi frammlutning raddir.

3. Stasfr hesir þrenn<sup>4</sup> tilfelli: nafn, figúru, veldi eða mátt. Stasönfn eru sextán í danskri<sup>5</sup> túngu, í þá liking sem Grikir höfðu *forðum*<sup>6</sup> daga, en þó eru merkingar þeirra myklu fleiri. Priscianus segir, at hvern raddrastafr hafi tvö eðr fleiri hljóð<sup>7</sup>; svá sem á, ef þat er skammt, hesir fernar<sup>8</sup> hljóðsgreinir: hvassa hljóðsgrein fyrir utan áblásning *h*, sem hér: *Ari*; hvassa með áblásning *h*, sem hér: *hafi*; en þunga hljóðsgrein *hafandi*. Lángt á hesir sex hljóð: ef þat hesir áblásning *h*, þá hesir þat annathvårt hvassa hljóðsgrein, eða þunga, eða umbeygiliga, [sem hér ...<sup>9</sup>]. Slikt hið sama ef þat hesir eigi áblásning, ljóðar þat<sup>10</sup> sem<sup>11</sup>

<sup>1)</sup> þurvir, 757. — <sup>2)</sup> add. ex 748, 757. — <sup>3)</sup> sic 748; hare, 757; *W sine lacuna omittit, sed senior manus, fortasse Joh. Olav. Grunnavicensis, margini adscripsit: "alii hafi".* — <sup>4)</sup> þriú, 757; iij., 748. — <sup>5)</sup> norænni, 748. — <sup>6)</sup> add. ex 748. — <sup>7)</sup> hafe þriú hljóð eða fleire, 757; hafa x hljóð æ. flæiri, 748. *Quippe cum singulæ vocales denos inveniantur habentes sonos, vel plures, Prisc. Libr. I. ed. Putsch. 539.* — <sup>8)</sup> fírar, 757; iiiij., 748. — <sup>9)</sup> 748 nullam lacunam habet, inscriptionem addens: um áblásning *h*. — <sup>10)</sup> 748, 757; þar, minus recte, *W*. — <sup>11)</sup> iij. læðir sém, 748; á þriá vega suo sem, 757.

habet pronunciationem aut lenem aut asperam, qui spiritus hoc loco appellatur motus pronunciationis syllabæ. Spiritu aspero profertur syllaba, velut prior syllaba hujus nominis: *purrum* (sicco); spiritu leni efferuntur hæ syllabæ: *lángan tima* (longum tempus). Quæque syllaba aut longa est aut brevis; syllaba brevis cito pronuntiatur et unum tempus habet, ut prior syllaba hujus nominis: *Ari* (Arius, aquila); syllaba longa tarde profertur, et habet duo tempora, ut prior syllaba hujus nominis: *Hati*. Tempus est mora, pronunciationem vocis metiens.

3. Literæ tria sunt accidentia, **NOMEN**, **FIGURÀ**, **POTESTAS** sive **VIS**. In lingua Danica nomina literarum sunt sedecim<sup>a</sup>, quot Graeci olim usi fuerant<sup>b</sup>, quarum tamen multo plures sunt significationes. Priscianus testatur, cuique vocali duos aut plures esse sonos; quemadmodum á, si breve est, quatuor habet soni variationes: accentum acutum, sine adspiratione *h*, ut hic, *Ari*; acutum cum adspiratione *h*, ut hic, *hafi*; gravem vero accentum in *hafandi*. Longum á habet sex sonos: si præcedat adspiratio *h*, habet accentum aut acutum aut gravem aut circumflexum, ut hic .... Similiter si nulla præcedat adspiratio, sonum habet, ut in his (nominibus), *áre*, *áranna*, *ára*.

<sup>a)</sup> vide *Gistii Brynjulvi f. Periculum Runologicum*, Havn. 1823, p. 83-85; *R. K. Rasks Samlede Afhandlinger*, Havn. 1836, Vol. 2 p. 295-8. — <sup>b)</sup> vide *Ausführliche griechische Grammatik von A. Matthiä*, Leipzig 1825, 1. Theil p. 21; cfr. Priscian. Libr. I. l. c. 542: apud antiquissimos Græcorum non plus quam sedecim erant literæ; quibus ab illis acceptis Latini antiquitatem seruauerunt perpetuam.

þessi: *are*, *áranna*, *ára*. Slikt hið sama má<sup>7</sup> ok greina aðra raddrastafí: *i* ok *u* hafa því fleiri greinir, at þeir eru stundum samhljóðendr, sem í þessum nöfnum: *jarl*, *vitr*, [ok heitir *v*<sup>1</sup>]. Í norænu stafrofi eru fimm hljóðstafir, svá: úr *ŋ*, óss *ʃ*, iss *|*, ár *ɿ*, [ýr *ꝝ*<sup>2</sup>], ok er iss stundum settir fyrir *e*, [ok er þá stúnginn<sup>3</sup>, svá sem aleph eða joth setjast fyrir tveim raddrastöfum i ebresku málí. *ŋ* er af því fyrst sett, að þat ljóðar í<sup>4</sup> vörrum; *ʃ* þarnæst, hann hljóðar í munni; *|* stendr þar næst, ok ljóðar í ofanverðum bárka, [en í neðanverðum bárka<sup>5</sup>, sem *e*, ef hann er pontaðr<sup>6</sup>; þarnæst er *ɿ*<sup>7</sup> skipat, því at hann hljóðar í brjósti; *ꝝ*<sup>8</sup> er tekit af ebreskum stöfum. En latínumenn skipuðu stöfunum gagnstaðliga þessum, sem hér er greint: settu þeir *a* fyrst, því at þat er næst hinu neðsta raddartóli, er vér köllum lúngu, ok þat má fyrst skilja í bernsligri raust. En *ŋ* er af því fyrst skipat, at þat er fremzt ok næst<sup>9</sup> sjálfu efni raddrarinnar<sup>10</sup>, er vér hyggjum at loptið megi kalla, ok hafa af því hvártirveggju meistarar vel ok náttúrlega skipat stöfunum í sínu málí. Raddrastafir þessir hefjast allir af sínu ljóði, en leggjast í samhljóðendr [*reid* ok *sól*<sup>11</sup>. Samhljóðendr eru ellifu<sup>12</sup> í rúna málí; fimm, þeir er

<sup>1</sup>) *a* [, ok er þá v vend kallat í norænv málí, 748; *a* [omitt. 757, qui reliqua hujus capitinis omittit. — <sup>2</sup>) *a* [add. ex 748. — <sup>3</sup>) sic emend. pro lectione codicis W: stvndvm; *a* [, þá ær hann er stvnginn, 748. — <sup>4</sup>) framanverðum, add. 748. — <sup>5</sup>) *a* [om. W, sed addita sunt ex 748. — <sup>6</sup>) *a* [, en í neðanverðum bárka, ef hann er pvnktadr, ok liððar þá sem *e*, 748. — <sup>7</sup>) sic 748; *a*, W. — <sup>8</sup>) sic 748; *h*, W. — <sup>9</sup>) sic 748; mest, W. — <sup>10</sup>) at því, add. 748. — <sup>11</sup>) *a* [ꝝ ok *l*, 748 (supra lineam: *reid*, *sól*), addens inscriptionem: vñ samhljóðendr. — <sup>12</sup>) sic 748; xii, W.

Eodem modo ceteræ vocales distingui possunt: *i* et *u* eo plures habent variationes, quod interdum consonantes sunt, ut in his nominibus: *jarl*, *vitr*: tumque *v* dicitur (*vend* in lingua Norvegica s. Septemtrionali). In alphabeto Norvegico sunt quinque vocales, sic: *úr* *ŋ*, óss *ʃ*, iss *|*, ár *ɿ*, (ýr *ꝝ*<sup>2</sup>); ex quibus *iss* (*i*) interdum ponitur pro *e*, quando punctatum est (*o*: *ł*), quemadmodum *aleph* aut *joth* pro duabus vocalibus ponuntur in lingua Hebraica. *ŋ* ideo primum ponitur, quod in labiis (primoribus) sonat; deinde *ʃ*, quod in ore sonat; huic proximum stat *|*, quod in superiori gutture sonat, punctatum vero in inferiori gutture sonat ut *e*; dein collocatur *ɿ*, eo quod in pectore sonat; *ꝝ* de- sumtum est ex literis Hebraicis. Verum Latini contra quam hoc loco demonstratum est literas disposuerunt, primo loco *a* ponentes, eo quod id proximum est infimo vocis instrumento, quod vocamus pulmones, qui sonus primo animadverti potest in voce puerili. Sed *ŋ* ideo primo positum est, quod primum est proximumque ipsi vocis elementu, quod aërem dici posse arbitramur; qua re utriusque alphabeti auctores literas bene et naturæ convenienter disposuerunt. Hæ omnes vocales a proprio sono incipiunt, desinentes in consonantes *reid* et *sól* (*r* et *s*). In alphabeto Runico<sup>a</sup> undecim sunt consonantes, quarum quinque, quæ ad vocales prope accedunt, a doctis hominibus semivocales appell-

<sup>a</sup>) vide P. Vidalini de lingue septemtrionalis appellatione *dōnsk tunga*, Skýringar yfir FORNYRÐI LÖGBÓKAR þeirrar, er Jónsbók kallast, samdar af PÁLÍ lögmanni VIDALÍN, Reykjavík 1849, I. deild, p. 125-142; Gunl. Ormst. S. ed. Havn. 1775, p. 288-290.

nálægir *eru*<sup>1</sup> raddarstöfum, eru kallaðir hálfraddarstafir [af fróðum<sup>2</sup> mönnum<sup>3</sup>, þvíat þeir hafa meiri líkíng raddarstafa ok merkiligrí hljóð en aðrir samhljóðendr, þat er R, L, Y, T, P; [kalla sumir menn með þessum stöfum teljandi s<sup>4</sup> í latínu<sup>5</sup> stafrofi, því at hann hefir sitt hljóð af raddarstaf, sem aðrir þesskyns samhljóðendr. Priscianus segir eigi ráða mega stafsins merking, hvárt hans nafn hefst af raddarstaf eða af eiginligu hljóði<sup>6</sup>, sem marka má í þessu stafrofi, ok mörgum öðrum, er náliga hefjast allir stafir af sínu ljóði hvártveggja, raddarstafir ok samljóðendr, ok halda fullkomliga sínum merkingum. Í þessu<sup>7</sup> eru fimm stafir, þeir er vér köllum dumbar stafi, þat eru \*<sup>8</sup>, þ, Y, T, B, ok eru þessir stafir eða af því dumbar kallaðir, at þeir hafi ekki hljóð, heldr af því, at þeir hafa lítið hljóð hjá raddarstöfum, í þá líkíng sem sá maðr er kallaðr eingisháttar af góðri ætt, er litt er mentr<sup>9</sup> hjá sínum gösgum frændum.

4. <sup>10</sup> Annat tilfelli stafs er figúra, ok er þat mynd eða vöxt stafanna, svá gjörr sem hér er ritað. Þriðja tilfelli stafs er mótt, ok er þat sjálf frammflutning stafa ok merking þeirra; fyrir þann sama

<sup>1)</sup> add. ex 748; om. W. — <sup>2)</sup> sic dedimus; af vfróðum, indoctis, W, quod perperam scriptum esse videtur; Rask conject: II (báðum) fróðum. — <sup>3)</sup> a [, af gðrvm mönnvm, 748. — <sup>4)</sup> hanc literam ex conjectura addidimus, quod etiam auctoritate fragmenti 748 nititur, ubi þ (sól) inter literas mox allatas numeratur. — <sup>5)</sup> a [: ær af svvm mönnvm með þessvm stöfvm taliðr í latinv, 748. — <sup>6)</sup> sic dedimus, 748 secuti, ubi legitur: eða eiginligv lioði; W legit: eða af æiginligvm. — <sup>7)</sup> stafrofi, add. 748. — <sup>8)</sup> sic jam dedit Raskius; Y in W, cui senior

lantur, eo quod majorem cum vocalibus similitudinem sonosque significantiores, quam ceterae consonantes, habent: hæ sunt R, L, Y, T, P; quibus literis non-nulli adnumerandum censem s in Latino alphabeto, eo quod sonum suum a vocali, ut ceteræ ejusmodi consonantes, incipiatis. Priscianus dicit, sive nomen literæ a vocali, sive a proprio sono incipiat, de potestate ejus inde concludi non posse, quemadmodum judicari potest ex hoc alphabeto, multisque aliis, in quibus omnes fere literæ, tam vocales, quam consonantes, a sono proprio incipiunt, suasque potestates perfecte retinent. In hoc (alphabeto) sunt quinque literæ, quas vocamus literas mutas, quales sunt \*, þ, Y, T, B, quæ literæ non ideo mutæ vocantur, quod soni expertes sint, sed quod exiguum habeant sonum, ratione vocalium habita, quemadmodum vir, bona familia oriundus, qui minorem quam ampli cognati sui dignitatem adeptus sit, nullius pretii esse existimatur.

4. Alterum literæ accidens est FIGURA, quæ est forma sive character literarum, ita expressa, ut modo scriptum est. Tertium literæ accidens est POTESTAS, quæ est ipsa literarum pronuntiatio et significatio; qua eadem

manus (J. O. Grunnar.) literam g superscripsit, sequentibus vero: d, k, t, b; P prave 748. — <sup>9)</sup> mannaðr, 748. — <sup>10)</sup> um tilfelli stafs, add. 748. Hic iterum incipit 757.

<sup>a)</sup> Isidor. Orig. Lib. I. cap. 3: "Semivocales dictæ, eo quod quiddam semisonum de vocalibus habeant; ab e quippe vocali incipiunt et desinunt in naturalem sonum, ut f, l, m." Prisc. I. 3, 8 hæc ex Servio attulit: "Semivocales sunt septem, quæ ita proferuntur, ut inchoent ab e litera, et desinant in naturalem sonum, ut ef, el, em, en, er, es" (cfr. Ramshorn, lat. Gramm. p. 1).

mátt stafanna eru fundin nöfn þeirra ok sigúrur. Sumir meistarar kalla [skipan hið sjórða<sup>1</sup> tilfelli stafs, en þat kallaði<sup>2</sup> Priscianus einn part, þann er mætti stafssins heyrir<sup>3</sup>. Þessa stafi ok þeirra merkingar compileraði minn herra Valldimar Danakonúngr<sup>4</sup> með skjótu orðtaki á þessa lund: *sprengd manns hök flyði tvvi<sup>5</sup> boll,*  
**þKRTHP1 YAKK1 \*H PTKP1 1NPI BHM.**  
 Hér er *sól* fyrst skipat<sup>7</sup> fyrir *s* latínustaf, ok  $\zeta$  girðzkan staf, ok köllum vér þat *knèsól*, [ok svá er gört: *h*<sup>8</sup>, en *z* hefir náttúrliga í sér tveggja stafa [hljóð, *t* ok *s*, eða *ð* ok *s*, ok *er* af því hvárgi stasfr *x* ok *z* ritaðr

<sup>1</sup>) sic 748, 757; hið flórða skipanar, *W.* — <sup>2</sup>) kallar, 757. — <sup>3</sup>) *Isidor. Orig. Lib. I. c. 4:* “unicuique autem literæ tria accidunt, NOMEN, quomodo vocetur: FIGURA, quo charactere signetur: POTESTAS, quæ vocalis, quæ consonans habeatur. A quibusdam et ORDO adjicitur, quæ præcedat, quæ sequatur, ut a prior sit, sequens *b*”. *Loci Prisciani, qui hic allegantur:* Accidit igitur literæ nomen, figura, potestas — et deinde: Quidam etiam addunt ordinem, sed est pars potestatis literarum, vide *Priscian. Lib. I. edition. Putsch. 540.* — Reliqua hujus capitii omittit 757. — <sup>4</sup>) *Supra dictum est, Olavum Thordi filium in Dania apud regem Valdemarum II. versatum esse; sed quo tempore, non adeo liquidum est. Celeb. F. Johannæus in Hist. Eccl. Island. Tom. I. p. 208 adserit, eum anno 1236 in Norvegiam et inde in Daniam ad Valdemarum Victoriosum transisse et sub eo aliquamdiu meruisse, sed anno 1240 in Norvegia prælio Osloensi interfuisse; in Islandiam reducem Prætoris munus gessisse annis 1248 et 1252. Idem repetitur in Grønl. hist. Mindesmærker I. 30. not. 1., nempe, eum in aula Valdemaris II. per quinquennium (1236-1240) se continuisse, Prætoremque fuisse annis 1248 et 1252. Ex historia adparet, Olavum Thordi filium, qui anno 1224 adolescens vocatur (Sturl. Lib. 4. p. 82), Hvammi, villa patris, in toparchia Dalensi, sedem habuisse, variisque implicitum rebus politicis a partibus patrui, Snorrii Sturlæi, stetisse, annis 1227, 1228, 1234, 1235;*

potestate nomina et figuræ earum inventæ sunt. Quidam magistri quartum literæ accidens ORDINEM appellant, quem Priscianus partem ad potestatem literæ pertinentem vocavit. Has literas earumque significaciones Dominus meus Valdemar, Danorum rex, brevi compendio sic complexus est: *sprengd manns hök flyði tvvi boll,*  
**þKRTHP1 YAKK1 \*H PTKP1 1NPI BHM.**  
 Hic *sól* primo loco ponitur, pro latina litera *s* et græca  $\zeta$ , quem SOLEM GENICULATUM (*knèsól*) dicimus, quando sic formatur *h*; *z* vero naturaliter in se duarum literarum sonum habet, *t* et *s*, aut *ð* et *s*; quare

vere anni 1236, auctore Snorrio Sturlæo, Hvammo Borgam ad habitandum concessisse (Sturl. 5. 183), ibique hiemem 1236-7 egisse (ibid.). Anno 1237 patri morienti (10. Apr., Necrolog.) præsentem adfuisse Eyræ in Alptafjordo, partemque hereditatis accepisse (Sturl. 5, 188); eodem anno, turbis inter Sturlam Sighvati et Snorrium Sturlæum in apertum bellum erumpentibus, post prælium Bænese, unacum Snorrio Sturlæo in Norvegiam trajecisse (Sturl. 6, 194, 196; Fms. 9, 436) et Nidrosiæ hiemem 1237-8 transegisse (Sturl. 6, 196; Fms. 9, 453); Vere anni 1239 Nidrosiæ apud Skulium ducem fuisse (Sturl. 6, 232), proximeque insequentí æstate carmen de nave præatoria ducis, *Langfriadago dicta, composuisse* (Fms. 9, 457). Anno 1240 Nidrosiæ apud regem Hakonem fuisse, strophamque de prælio Lakeni pepigisse (Fms. 9, 494), quo non improbabile fit, eum regis castra secutum prælio Osloensi (die Saturni hebdomadis paschalis, Fms. 9, 511, i. e. die 21. Aprilis 1240) interfuisse. Secundum ea, quæ jam dicta sunt, nullum tempus invenio, quo Olavus apud Valdemarem II., D. R., commorari potuerit, nisi anno 1238-9, et 1240 post prælium Osloense, a 21. Aprilis usque ad 28. Martii 1241, quo die rex Valdemar II. mortuus est (Necrolog.). — <sup>5</sup>) topi, 748. — <sup>6</sup>) **þKTHP1 YAKK1 \*H PTKP1 1NPI BHM**, 748, ubi in primo verbo aut *R* omissum est, aut *v* *K* figuram tñi biarkan et reið sustinet. — <sup>7</sup>) ok bæði stett, add. 748. — <sup>8</sup>) a [: æf hon ær svá gær: *h*, 748.

í rúna mál<sup>1</sup> eða í fornū latínustafrofi; nú eru þeir stafir af því í stafrof settir, at skjótara þíkkir at rita<sup>2</sup> heldr einn staf en två. Þar næst stendr **B**<sup>3</sup>, ok er **bjarkan** [svå, at<sup>4</sup> þat stendr fyrir **b**<sup>5</sup> latínustaf; ok hefir sá rúnastafr två dumba stafi í sér, þá er [þat hljóðar fyrir<sup>6</sup>. En af því eru belgir opnir gjörfir á bjarkani<sup>7</sup>, þá er þat hljóðar fyrir **p**, at þat skal meir sundrloknum vörrum nefna en **b**. Þar næst stendr **R** fyrir **r** latínustaf, ok er einn af þeim, er hálfraddarstafir eru kallaðir. Þar næst stendr **†**<sup>8</sup>, ok hljóðar fyrir tveim raddarstöfum: **†** ok **|**<sup>9</sup>, ok kalla Girkir þann staf diptongum, þat er tvihljóðr á norrænu<sup>10</sup>, ok eru fjórir diptongi í latínu stafrofi, en í rúnum fimm. Diptongus er samanlímíng tveggja raddarstafa í einni samstöfu, þeirra er báðir halda aſli sínu. Þessir eru límingarstafir í rúnum: **†** fyrir **ae**, **¶**<sup>11</sup> fyrir **au**<sup>12</sup>, [**†|**] fyrir **e** ok **i**<sup>13</sup>, ok er sá diptongus ekki í latínu; [**Φ**] fyrir **ey**<sup>14</sup>; **‡** fyrir [**e** ok **o**]<sup>15</sup>; **œ**<sup>16</sup> er hinn fjórði diptongus í latínu, ok er hann eigi í rúnum. Sumir raddarstafir eru fyrir skipaðir í samlímíngu, sem **a** ok **e**,

<sup>1)</sup> a [: lióð ð ok s æða t ok s, svå sém x hæfir tveggja stafa lióð, e ok s æða g. s., ok ær því hvargi þeirra stafa ritaðr í rvnvm, 748. — <sup>2)</sup> eptir add. W, sed cum 748 omittimus. — <sup>3)</sup> K, 748. — <sup>4)</sup> á þá leið ritit, æt, 748. — <sup>5)</sup> p, 748. — <sup>6)</sup> a [, vlikir ærv í lióði, 748. — <sup>7)</sup> K, 748. — <sup>8)</sup> sic 748; e, W. — <sup>9)</sup> φ, 748. — <sup>10)</sup> norena tvngv, 748. — <sup>11)</sup> sic 748; ¶ tantum W. — <sup>12)</sup> a, 748. — <sup>13)</sup> a [ φ] fyrir ei, 748. — <sup>14)</sup> sic a [ 748; ey, nec pl, W. — <sup>15)</sup> a [ eo (ø supra lineam), 748. — <sup>16)</sup> sic ex conjectura positum, nam W et 748 z (ok) scribunt, quod pravum est; vocalis latina œ in alphabeto runico non exstat, neque in ullis ante memoratis alphabetis islandicis, in quibus tantum mentio sit diphthongi èð (non ø), quo con-

neutra litera, neque **x** neque **z**, in Runico aut prisco Latino alphabeto usurpat. Sed hæ literæ ideo in alphabetum receptæ sunt, quod expeditius videatur, unam quam duas literas scribere. Proximum sequitur **B**, **bjarkan**, quod pro latino **b** ponitur, qui character runicus duas in se habet literas mutas, quarum sonum repræsentat. Ideo vero partes semicirculares Bjarkanis patulæ factæ sunt, quando pro **p** sonat, quod labiis patentioribus pronuntiandum est, quam **b**. Deinde **R** pro latina litera **r** ponitur, quæ una est ex iis, quæ semivocales appellantur. Huic proximum stat **†**, quod pro duabus vocalibus **†** et **|** sonat, quam literam Græci vocant διφθογγον, id est lingua Norvegica *tvihljóðr* (bisonus). In alphabeto Latino quatuor sunt diphthongia<sup>a</sup>, in runico quinque. Diphthongus est duarum vocalium, quarum utraque vim suam retineat, in unam syllabam conglutinatio. Hæ sunt in alphabeto runico vocales conglutinatae: **†** pro **ae**; **¶** pro **au**; **†|** pro **e** et **i**, quæ diphthongus non est in sermone latino<sup>b</sup>; **Φ** pro **ey**; **‡** pro **e** et **o**; **œ** in latino sermone quarta diphthongus est, quæ in runis non exstat. Quædam vocales in conglutinando præponuntur, ut **a** et **e**,

flata alias formas adsumsit, ut ex superioribus adparet, et ex scribendi modo diversarum membranarum perspicuum fit.

<sup>a)</sup> "Sunt diphthongi, quibus nunc utimur, quatuor, **ae**, **au**, **eu**, **oe**", Prisc. I. 9, 50, ed. Putsch. 561. (Ramshorn. *Practische lat. Gramm.*, Leipzig 1832, p. 1. not.). Isidori Orig. Lib. I. c. 15: "Diphthongæ syllabæ — ex his apud nos veras esse scimus quatuor, **ae**, **oe**, **au**, **eu**; **ei** vero apud majores tantummodo celebrata fuit". — <sup>b)</sup> "ei diphthongo nunc non utimur, sed loco ejus in græcis nominibus **e** vel **i** productas ponimus", Priscian. I. 9, 51, ed. Putsch. 563. (Ramshorn l. c. p. 2. not.); adde notam præced.

en sumir eru eptir skipaðir, sem *e* ok *t*, *o* ok *u*; ok eru þeir raddirstafir náttúruliga fyrir skipaðir í samanlimíngum, er [nálægt hljóð hafa<sup>1</sup> hinu innsta raddartóli mannsins, en hinir eptir settir, er nærrí standa í hljóðsgrein efni<sup>2</sup> raddirinnar, sem *a* fyrir *e*<sup>3</sup> ok *v*, [en *e* fyrir<sup>4</sup> *o* ok *u*<sup>5</sup>, af<sup>6</sup> því at þat hljóð er grannara, er nærrí brjóstnu stendr ok fyrr stendr<sup>7</sup>, en hitt digrara, er framarr skapast<sup>8</sup>, ok meira hesir rúm; er ok hægra þat hljóð fyrir at setja í samlimíng, er fyrr skapast, en<sup>9</sup> hitt eptir, er síðarr<sup>10</sup> formerast. Á latínu er diptongus fyrir þrennar sakir fundinn: fyrir hljóðsegrð ok sundrgrein ok samansetning, en í norænu fyrir tvennar sakir: fyrir grein ok hljóðsegrð. Fyrir greinar sakir er diptongus fundinn í norrænu, sem í þessum nöfnum: *mer* ok *ser*<sup>11</sup>, at greina þau frá fornöfnum *ser* ok *mer*, ok öðrum þvílikum; en fyrir hljóðsegrð er diptongus fundinn, sem hér: *lækr*, *øgr*, þvíat segra þikkir hljóða heldr en *lækr*, *ægr*. Þarnæst stendr *k*, ok er hon af þeim, er hálfraddirstafir heita. Þarnæst stendr *g*, ok er þat fyrir två samhljóðendr, *k* ok *g*. Þarnæst er *l* stúnginn, ok stendr fyrir *d* latínustaf. Að slíkum hætti eru allir rúnastafir settir í þessum orðskviðum, ok munum vér þat eigi framarr greina, þvíat eigi er nauðsynligt. Því eru þessir fjórir rúnastafir settir fyrir två samhljóðendr, at þeir samhljóðendr hafa líkara hljóð en aðrir, svá sem *g* ok *k*, *s* ok *z*, *b* ok *p*, *d* ok *t*.

<sup>1)</sup> nálægra hafa liðð, 748. — <sup>2)</sup> add. ex 748 (s. lopti, supra lineam); om. W. — <sup>3)</sup> sic 748; a, W. — <sup>4)</sup> e ok, add. W, non recte. — <sup>5)</sup> sic W. — <sup>6)</sup> a [om. 748. — <sup>7)</sup> tekz, 748. — <sup>8)</sup> enn hitt er eptir er síðarr formaraz, add. 748. — <sup>9)</sup> hoc loco unum folium deest in fragm. membr. 748. — <sup>10)</sup> in

quædam postponuntur, ut *e* et *i*, *o* et *u*. Eæ vocales naturæ convenienter in conglutinando præponuntur, quæ sonum habent intimo vocis humanæ instrumento proximum: illæ postponuntur, quæ in distinctione soni proprius accedunt ad elementum vocis, ut *a* præponitur *ta* *e* et *v*, *e* vero *ta* *o* et *u* (i. e. *y*), eo quod is sonus est tenuior, qui pectori propior est et prius effertur, ille crassior, qui loco anteriori formatur et ampliori spatio gaudet; atque in conglutinatione vocalium is sonus facilius præponitur, qui prior formatur, ille facilius postponitur, qui serius. In latino sermone diphthongus tribus de causis inventa est, euphoniae, distinctionis et compositionis causa; in lingua vero Norvegica duabus de causis, distinctionis et euphoniae causa. Distinctionis causa diphthongus inventa est in lingua Norvegica, ut in his nominibus, *mer* (virgo) et *ser* (mare), ut distinguantur a pronominibus *ser* (sibi) et *mer* (mihi), et id genus aliis. Euphoniae causa diphthongus inventa est, ut hic, *lækr* (rivus), *øgr* (terribilis), quæ dulcius sonare existimantur, quam *lækr*, *ægr*. Deinde sequitur *k*, quod unum est ex iis, quæ semivocales vocantur. Deinde sequitur *g*, quod duarum consonantium, *k* et *g*, vicem sustinet. Sequitur *l* punctatum, quod pro latina litera *d* ponitur. Eodem modo omnes literæ runicæ in his formulis ponuntur, quam rem non amplius describemus, non enim est necessarium. Ideo haec quatuor literæ runicæ ponuntur pro duabus consonantibus, quod his consonantibus sonus (inter se) similior est, quam ceteris, velut *g* et *k*, *s* et *z*, *b* et *p*, *d* et *t*.

W errore librarii sine lacuna omissum; Rask. emendavit: er formeraz seinna. — <sup>11)</sup> i. e. mær — sær.

5. Samstafa er samsyllilig<sup>1</sup> stafasetning, með einum anda ok inni hljóðsgrein, ósunrgreinliga samansett ok frammfærð<sup>2</sup>. Samstafa hefir fjögr tilfelli: staf eðr tölu, andi ok tíð ok hljóðsgrein; þvíat hver samstafa hefir stafa<sup>3</sup> tölu, einn staf eða fleiri, [ok hefir eingi samstafa í latínu fleiri en sex<sup>4</sup>, en í norrænu megu [eigi standa fleiri í inni samstöfu en átta eða níu<sup>5</sup>, sem: *spønnzkr*<sup>6</sup> ok *strennzkr*<sup>7</sup>. Í latínu standa tveir samhljóðendr hið flesta fyrir raddarstaf, en þrír eptir; en í norrænu megu standa þrír samhljóðendr fyrir raddarstaf en fimm eptir, sem skilja má í þeim nöfnum, er fyrr eru rituð. Þessar samstöfur gera mesta fegrð í skáldskap, ef einn raddarstafr er í tveim samstöfum ok hinir sömu [eptir settir<sup>8</sup>, sem hér: *snarpr*, *garpr*, ok köllum vèr þat aðalhending; en ef sinn raddarstafr er í hvárr samstöfu, en allir einir samhljóðendr eptir, sem hér: *vaskr*, *röskr*; þat köllum vèr skothending. Þessar hendingar þíkkja þá bezt falla, ef tvær samstöfur eru í hvárr sögn, ok hinn sami sè raddarstafr í fyrri samstöfu<sup>9</sup>, ok svá samhljóðendr þeir sem fylgja, en [öll ein en síðarri samstafa<sup>10</sup>, sem hér: *aller*,

<sup>1)</sup> sic 757; samsyllig, W. — <sup>2)</sup> "syllaba est comprehensio literarum consequens, sub uno accentu et uno spiritu prolata". *Prisc. libr. II*, ed. *Putsch.* 565. — <sup>3)</sup> sic 757; skamma, W. — <sup>4)</sup> a [, eingi samst. hefir fleire stafe enn vi i latinumale, 757; "non plus quam ad sex literas procedere syllaba potest in Latino sermone". *Prisc. l. c.* — <sup>5)</sup> sic jam *Rask. dedit*; xii, W; a [, standa vii eða ix i cinne samstöfu, 757. — <sup>6)</sup> spenskr, 757. — <sup>7)</sup> strenzkr, 757. — <sup>8)</sup> a [ stafr eptir, 757. — <sup>9)</sup> huerrar sagnar, add. 757. — <sup>10)</sup> a [, hin síðarre samstafa huerrar sagnar sè öll iðfn við sik, 757.

5. Syllaba est connexa literarum positio, uno cum spiritu unoque accentu, inseparabiliter composita et pronuntiata. Syllaba quatuor habet accidentia: LITERAM sive numerum, SPIRITUM, TEMPUS et ACCENTUM. Nimurum quævis syllaba habet numerum, unam literam aut plures, nullaque syllaba in latino sermone plures habet literas, quam sex: in lingua vero Norvegica plures in una syllaba stare non possunt, quam octo aut novem<sup>a</sup>, ut *spønnzkr* (*Hispanicus*), *strennzkr* (*Strandensis*). In sermone latino duæ ad summum consonantes vocali præponuntur, tres postponuntur; sed in sermone Norvegico tres consonantes vocalem præcedere, quinque consequi possunt, ut ex nominibus supra scriptis intelligi licet. Hæ syllabæ maximam pulchritudinem ad poësin adserunt, si eadem vocalis binis syllabis inest, eademque literæ consequentes, ut hic: *snarpr* (*acer*), *garpr* (*vir*); quas dicimus syllabas harmonicas plenas. Si vero in utraque syllaba diversæ sunt vocales, omnes vero eadem subsequentes, ut hic: *vaskr* (*fortis*), *röskr* (*strenuus*): has semi-plenas vocamus syllabas harmonicas. Quæ syllabæ harmonicae optime cadere existimantur, si utrumque vocabulum duabus syllabis constat, quarum priori eadem vocalis eademque consequentes consonantes sint, posterior vero syllaba una eademque sit, ut hoc

<sup>a)</sup> Est in numero literarum h. i. aliqua repugnantia; videtur Auctor priori loco literam & pro duplice, loco posteriori pro simplici habuisse, sive, quod eodem reddit, in priori loco etymologiam, in posteriori pronunciationem secutus videtur. Pro etymologica ratione stare videntur formæ, quales *menndskr*, Fms. 10, 329.

*snialler*, ok eru [þessar hendingar viða settar<sup>1</sup> í latínu-skáldskap, sem þetta :

*Ante chaos virginum indigeste molis<sup>2</sup>  
adhuc yle gravaida fetu magne prolis<sup>3</sup>.*

þessar [ sömu hendingar<sup>4</sup> eru ok settar í norrænu-skáldskap, í þeim hætti, er vér köllum Runhendu, sem Snorri kvað :

Orms er glatt galla  
með gumna spjalla<sup>5</sup>.

Latínu-klerkar hafa ok þessa hending í versum, er þeir kalla *consonancia*, ok skal [hinn sami raddarstafr vera í efstu<sup>6</sup> samstöfum hvárrartveggju sagnar, sem hér: *estas, terras*. Þessar hendingar er lítt geymt í norrænum skáldskap, þegar er fleiri samstöfur eru í einni sögn en ein.

6. Annat tilfelli samstöfum er tíð; þvíat hver samstafa hefir annathvárt eina tíð eðr tvær, svá sem Priscianus segir, at sumar samstöfur hafa hálfa aðra stund eða hálfa þriðju stund, en sumar þrjár<sup>7</sup>. Skamma stund hefir sú samstafa, er raddarstafr hennar er náttúruliga skammr, ok komi eigi tveir samhljóðendr eptir, sem<sup>8</sup> *ari, api*; hálfa aðra stund hefir sú samstafa, er vera má hvárt er vill, löng eða skömm, sem fyrri samstafa<sup>9</sup>:

<sup>1</sup>) sic a [ 757; hendingum diktvð ritin, W. — <sup>2</sup>) moles, 757. — <sup>3</sup>) proles, 757. — <sup>4</sup>) a [, samhendingar, 757, vix recte, sec. Clavim metricam Snorrii. — <sup>5</sup>) ex Clave metrica Snorrii, str. 83, Tom. I. p. 700. — <sup>6</sup>) a [, vera hinn s. raddarstafr hinnar efri, 757. — <sup>7</sup>) "Tempus unum vel duo: vel etiam, ut quibusdam placet, unum semis, et duo semis, et tria". Prisc. libr. II. 572. — <sup>8</sup>) þessi nöfn, add. 757. — <sup>9</sup>) i persum orðum, add. 757.

loco: *aller, snialler*. Tales syllabæ harmonicæ in carminibus latinis sæpe occurunt, ut hoc loco :

*Ante chaos virginum indigestæ molis  
adhuc yle gravaida fetu magnæ prolis<sup>a</sup>.*

Tales syllabæ harmonicæ in poësi Norvegica (in carminibus poëtarum septemtrionalium) usurpantur, in variatione metrica, quam dicimus *runhenda* (homœoteleta), ut Snorrius cecinit:

*Per noxam serpentis magna  
apud amicum virorum est lætitia.*

Docti quoque viri latini eas syllabas harmonicas in versibus adhibent, quas dicunt CONSONANTIAS, secundum quas in ultima syllaba utriusque vocabuli eadem vocalis esse debet, ut in his : *ÆSTAS, TERRAS*. Quæ syllabarum harmonicarum ratio parum observatur in poësi Norvegica, quando uni vocabulo plures syllabæ insunt, quam una<sup>b</sup>.

